



**R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia**

**Tamburini, Tommaso**

**Lugduni, 1689**

An venditor non solùm pretio ab emptore possit percipere fructus rei à se  
credito venditæ, quamvis ementi traditæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

tor poterit. Certe si sine fraude id fiat, cum sit par venditoris ementisque periculum, non video, unde condem- nare id ullus possit.

*Frumentum venditum à pagare & consignare.*

12. Hoc contractu utuntur sæpè Siculi, quem quia sufficienter explicat, probatque Diana p. 1. tr. 8. ref. 65. hic eius locum demonstrasse sufficiat.

*An venditor non soluto pretio ab emptore possit percipere fructus rei à se credito venditæ, quamvis ementi tradita.*

13. Caius vendit Titio fundum, vel domum aureis mille, quos Titius promittit solvere hinc ad sex, v. g. annos (interdum non designantur anni, sed donec emptor solvet pretium) interim vero tradit possessionem fundi ipsi Titio, ea lege, ut idem Titius reddat Caio venditori annuam pensionem, v. g. quinquaginta aureorum, nempe iuxta fructus, quos Caius percipere à fundo potuisset, Qui quinquaginta aurei non computantur in sortem: nam semper remanent illi mille aurei tempore designato solvendi: Idne iuste sit?

14. Si eiusmodi contractus per modum absolutæ venditionis non celebretur, sed per modum locationis, licitus sine dubio est. Modus autem locationis hic esset: *Vendo tibi fundum mille aureis à te olim solvendis, illudque possidendum trado, nunc quidem, pro locato (unde mihi peribit, si peribit; quia ego sum dominus rei tibi locatae ac propterea pensionem iuxta fructus, quos deduxis expensis, percipisseni, solvas: cum autem solveris totum fundi pretium, habebas pro vendito (unde postea tibi emptori peribit fundus, si peribit, quia postea illius eris tu Dominus.)* Hic, inquam, contractus licitus est, quia est ipsamet prædij locatio; pactum enim illud, ut omnino simul mille aurei solvantur, iniquum esse non videtur: nam sicut venditor dare promittit simul totum prædium, ita & emptor totum pretium. Quod si pactum fuerit, de solvendo pretio prædij per partes, quod iustum etiam erit, propter similem rationem, tunc sanè si deinde solvatur aliqua pars pretij fundi, debebit, quantum est ex hoc capite, & pars pensionis cessare: quia tunc pro vendita habetur pars prædij; quo casu fundus pro indiviso erit utriusque, sicut contingit in contractu societatis, vel in hereditate relicta pluribus.

15. At verò, si eiusmodi contractus fiat per modum absolutæ venditionis in hunc modum: *Vendo tibi omnino fundum, dilata solutione, interim vero solvis pensionem, & c.* illicite fieri, & iniuste, docent multi apud Ioan. Baptistam Antoniacum Euglinum, in *Catechesi. Neap. lib. 5. c. 21.* ubi de hoc casu fusè: videtur etiam Dian. *part. 1. tr. 8. ref. 86.* quia tunc fundus fit absolutè emptoris, unde ei periret, si periret; ergo ad illum pertinent & fructus, quare convinceretur tunc pensio exigi propter dilationem solutionis pretij, quæ est mera usura. Aliqui sentiunt iuste fieri. Ratio est (inquit Molinar. 2. disp. 368. §. in eodem Corollario, cui assentitur Sanchez l. 1. conf. c. 7. d. 21. adique, quos sequitur, citatque Dian. p. 4. tract. 4. miscel. ref. 139. quibus adde Sperellum, p. 2. disp. 118.) quia cum venditor fundum libere tibi tradat, cum tradere non obligetur, nisi quando tu solveris pretium, iustum est ut emptor hoc beneficium, quod valde est æstimabile, pretio recompenset, dando venditori fructus, quos ipse percipisset. Ratio est (inquit de Lugo tom. 2. iust. d. 25. scilicet 8. num. 140. cui præcedens non arridet) quia venditor, ut potè cui nondum solvitur rei suæ pretium, potest nolle dare emptori totum, absolutumque rei dominium: atque adeò potest nolle dare ius percipiendi fructus seu dominium utile, quamvis det rei proprietatem: si ergo fructus sibi reservat, eos prout multi, vel pauci producentur, tanquam suos iure suo accipiet, non verò tanquam rem emptoris, nec in compensationem beneficii

et separatum, & consignatum hinc ad pretium  
Mensis Maij.  
Ex dictis præsertim ex secundo capite damni emer-  
gentis, hincque cessantis, solves illud commune Siculis  
fontentorum negotiatione, alii, in aliarum Mercium  
Mercator enim vendit, & consignatque Colobio cen-  
tu, v. g. menturas frumenti nunc, mense Ianuarij, & id  
pretio quod currit mense Maij, quo tempore solet pro-  
pretio distantiam à gradiente mense maior esse frumenti  
pretia, adeoque maius pretium. Iustène id fieri pu-  
tandum est? Solves, inquam, asserendo omnino fieri in-  
iuste, si absolute loquamur, quia rei pretium iustum est  
illud, quod currit, quando rem venditam consignas, tunc  
transfertur dominium. Qua ergo ratione eligis  
alium mensem, & hunc Maij, quo pretium carius esse  
convenit?  
At verò, dic, iuste fieri posse, quando eas men-  
turas verè Mercator servaturus esset, ac vere illo pretio  
venditurus, & nihilominus in gratiam Coloni vel consu-  
queque id totum scientis, vendat; Immo tunc, quia fru-  
mentum (ut solet Jerevisser in horreo Mercatoris, hoc  
incrementum (deductis expensis) à Colobio sibi sibi vi-  
perat Mercator iuste poterit. Ratio est, quia tunc cessat  
Mercatori lucrum, & Pretium autem si ve tradatur men-  
se Ianuarij, si ve mense Maij, si ve toto, si ve ex parte,  
nihil hic interest, quia tota vis hujus lucri fundatur in  
valore rei, quæ vendenda, & conservanda pro illo tem-  
poris fuerit. Scio Caictanum docere, si solutio fiat men-  
se Maij, licet Mercator frumentum pro illo tempore non  
esse servaturus, & pecuniam, (quamvis eam mense  
Ianuario habuisset) non esset negotiaturus: Scio, in-  
quam, docere aliquid plus tunc à Mercatore posse sumi,  
quia complementum Venditionis (ait Caictanus) fit  
mense Maij. Sed non est ullo modo audiendus, quia  
venditio quoad substantiam facta fuit mense Ianuarij,  
& illud complementum non est aliud, nisi solutio præ-  
dij dista, quæ est implicitum mutuum: unde si pro-  
per hanc solam dilationem aliquid plus acciperetur, ex  
mero mutuo acciperetur, atque adeò per usuram. Le-  
ge Molinam disp. 355. & Lessium l. 4. dub. 4. & 6.  
11. Inquires Mense Maij varium, in variis diebus,  
esse pretium solet, licet tunc ergo hinc Mercatori ratione  
dilatæ lucris cessantis vendere mense Ianuarij pro supre-  
mo pretio vulgari currendo mense Maij: Respondeo,  
Nequaquam licere. Debet enim vendere pretio, quod  
maior parte mensis vigeat. Ratio est, quia mercator  
possibiliter eo pretio erat venditurus, quod commu-  
niter, eo mense, erat futurum; hoc igitur pretium illi  
cessabit, atque adeò hoc solum exigere poterit. Adver-  
tè, futurum esset pretium legitimum, hoc solum exi-  
gere posse, non vulgare, quia in eo casu, hoc solum illi  
cessaret.  
Quid si tanta fuit eo anno mense Maij varietas pretij,  
ut non fuerit pretium ullum, quod dici posset, cucurrisse  
per maiorem partem Mensis? Respondeo sumatur tunc  
pretium medium. Ratio est, quia supremum non est fas  
recipere, cum non sit certus Mercator fore se illo pretio  
venditurum: nec congruit recipere solum infimum, quia  
potuisset fortasse vendere maiori pretio: sumat igitur  
medium, quod, & suam, & ementis rationem commo-  
de satis habebit. Non inficior posse mense Ianuarij com-  
muni consensu determinari pretium, quod currit tali  
mense Maij, immò, & tali hora, & quidem iuste, si verè  
tali die, & hora certo venditurus Mercator esset. Sed  
quid id?  
Pactum illud non improbo: Posito enim, quod Mer-  
cator verè frumentum venditurus sit mense Maij cum  
solvatur quantum augendum tunc sit pretium, pote-  
st convenire venditor cum emente, de aliquo certo  
pretio, quod prudenti iudicio tunc fortè currendo nunc  
determinetur; nam sic, illud semper (si ve deinde mense  
Maij creseat, si ve decreseat pretium accipere Merca-

beneficij facti, vel pretij nondum soluti. Hos deinde fructus possit Dominus eidem emptori locare pro tanta pensione annua, quam solvet deinceps emptor, & quia aliquo anno uberiores solent esse fructus, aliquo steriores, possit iudicio prudentis determinari medium quoddam pretium annuatim certò solvendum, quod pactum iustum erit, quia est par periculum pro venditore, & pro emptore; Annus enim steris favet venditori, & pro emptore, ut vidimus *sup. §. 2. a num. 32* in Sicilia venditis fructus prædij alicuius, unde super illud prædium deinceps mihi pensio solvitur: sic nunc fructus mihi servo, non tibi vendo, &c. Probabilis est ergo hæc secunda sententia, si ex ratione adducta à Molina, sive ex ea, quæ de Lugo produxit.

*Contractus (à godere.)*

16. Non erit inutile per hanc occasionem, & illum similem contractum breviter executere.

Antonius dat tibi aureos, v.g. mille, tu illi prædium, vel domum æquivalentia, fruitur quique datis, donec alteruter reddat acceptum; nam tunc alter, quod accepit reddere obligabitur. Ratio, cur hic contractus (qui ideo appellatur *à godere*, quia alter re alterius gaudet, sine translatione domini in accipientem, unde danti fundus periret, si periret.) Ratio, inquam, cur videatur iniustus, est, quia pecunia est infuistifera, prædium ex se fructiferum: ergo qui gaudet prædio, fruitur insuper & fructibus, quibus non gaudet, qui solam habet pecuniam quæ ex se sterilis est: Si Antonius tibi daret fruendam domum locabilem, tu verò illi prædium æqualium fruendum, non esset dubium de iustitia: fructus enim compensarentur fructibus: nunc vero, cum, quod tu accipis, sit infuistiferum, quod verò tradis, fructus afferat, clara videtur iniustitia.

17. Nihilominus inde puto, posse te excusari ab usura, quia fructus illos accipis ratione lucri cessantis. Ita Azor. p. 3. lib. 9. cap. 20. lege etiam Bonac. d. 3. de contract. *quæst. 2. par. 7. §. 1. num. 7. Filluc. t. 36. cap. 5. num. 90.* nam illos aureos mille tu poteris negotiis exponere, atque adeo illis aliquid modò magnum, modò parvum lucrari; Potes igitur in eius compensationem accipere fructus prædij, lucro illi incerto ad prudentis arbitrium æquales. Nisi ex hoc capite iustifices hunc contractum prædicto modo explicatum, fur eris, vel usurarius, non enim video, qua alia ratione (quicquid alij dicant) defendi ab iniustitia possis. Ita de Lugo tom. 2. de inst. disp. 25. *sect. 8. num. 136.*

18. Dixi (prædicto modo explicatum) nam si Antonius à te illa pecuniâ prædium emat, cum pacto, ut retrovendere illud tibi teneatur, quando tu reddes pecuniam (quomodo ipsi accipienti prædium periret, si periret, non tibi iustus, sed alius à prædicto erit, de quo, & de eius conditionibus etiam pluribus *infr. §. 8. à num. 7.*

*§. VII. De emptione anticipata.*

**V**T certum præmitto minoris rem emere te non posse ex eo capite, quod anticipatò rem emis, nunc dans pretium, vel partem pretij, recepturus postea rem ipsam emptam. Ita Molin. t. 2. d. 358. *Less. l. 2. cap. 21. d. 7.* Ratio est, quia iustum pretium rerum est illud, quo res valent tempore traditionis, ut in simili dictum est *sup. præ. ubi de venditione frumenti ad pretium Maij.* Et item hæc species tacitæ usuræ, si enim nunc das centum pro equo, tibi consignando hinc ad annum, quando valebit centum, & decem, est perinde, ac si nunc dares centum, recepturus post annum, centum, & decem, quæ est clara usura.

Dixi (per se) nam si interveniat lucrum cessans, damnum emergens: periculum non habendi rem emptam, vel non habendi sinceram, vel quid simile, servatis

quæ in simili diximus *sup. m.* poterit aliquid prope-

2. Dubium ergo est, quo modo abstractè, & dictis prædictis, damno emergente, & dictis prædictis, constitutendum sit iustum pretium in mercibus anticipatò emuntur. Respondet, tribus modis. Primo, ut nunc detur minime certum illud pretium, quod habile erit, ut esse res tempore consignationis valeat multo pluris valeat, vel multo minoris, in pretio determinato standum est, quia par fortuna, & par in conventionem periculum. Ita Molin. d. 358. *et Sylvest. Salas dub. 39. alique*, quibus addit à S. Fausto in *speculo*, d. 6. *quæst. 42.* Quando autem

modi probabilitas futuri pretij haberi non potest, etiam constituitur certum pretium prudentis arbitrio non ad meram venditoris voluntatem; nam simili modo erit par periculum, & veluti ludus fortune.

3. Secundo, potest reici constitutio pretij ad tempus, quo merx est consignanda: potest enim fieri conventio, ut pretium illud detur, quod curret frequentius tempore, quo consignabitur, vel si ea frequentia emat prædictum tunc non fuerit, ut detur pretium medium, simili paulo *superius dictum est, num. 12.*

4. Tertio, potest conveniri, ut illud pretium tempore quo Magistratus, tempore consignationis, vel post, taxabit, quando id solet à Magistratu in aliis locis, ut in Sicilia fieri *mox à num. 9. diximus.* Ne hæc determinatio cum fiat ab expertis, & ab iustis, bono Reip. providere incumbit, iusta est, & clarius contrarium constet, semper est præsumendum.

Iuxta prædicta debet intelligi, quod his verbis *et Caramuell. lib. 2. theol. moral. d. 14. num. 74.* *Contractus emptorius licitus est: Do tibi mille aureos vendendos mense tempore in tritico; vel, Primo, tali pretio, Secundo, pretio currenti tunc; vel, Tertio pretio currenti tunc.* Hæc ille. Sanè in primo debet servari, quod modo dixi *num. 2. in secundo, quod dixi num. 3. & tertio debet adesse lucrum cessans, vel damnum emergens, secus est usura, si ex hoc capite anticipatæ emptionis minori pretio tritici emas, dixi n. 1.*

5. Quid, si contractus noster sit emptorius, sed mutuum, licitissime erit? Id enim hac occasione operæ pretium est. Mutuum autem foret, si his duobus modis iniretur contractus: *Do tibi mutuum certum solvendum tempore messis in pecunia, vel si maris in tritico, alio tempore, ex dictis n. 2, 3, & 4.* Vel: *Do tibi mutuum solvendum tempore messis omnino in tritico, pretio aliquo iusto, ex ibid. dictis.*

Respondet primò: priorem contractum absolute esse licitum: Mutuatio enim fit duplex favor, & conceditur pecunia fruenda usque ad tempus messis, & ex tempore statim invenit emptorem sui frumenti ipsam Mutuantem. Respondet, rursus posteriorem contractum esse etiam absolute licitum: quia si mutuatio habet gravamen dandi frumentum, omnino mutuum subit gravamen non valendi petere suam pecuniam, usque ad messis tempus, quod esse pretio æstimabile dicitur *inferius.* Adde tum periculum, tum difficultatem exigendi, & similia dicta *§. 6. n. 3.* quæ sunt gravamina mutuantis.

Quidam vendidit suas merces dilata solutione, hoc inito pacto: *Do tibi has merces nunc hyeme, sed solvenda pretio currenti tempore æstatis, si tunc pluris valeant, quam nunc, nam si valeant minoris, solvere debes pretium nunc currenti.* Quis autem iniustitiam huius pacti non videt, cum in illo venditoris, & emptoris non sit æqua conditio? Ita Sylvest. v. *Usura* 2. q. 5.

*Lana, & similia anticipatò emptæ.*

6. Ex dictis solves quæstionem vulgarem de iustitia in Hispania, de frumento, vino, casco, leguminibus, serico, frondibus arboris mori ad alendos Bombyces necessarii.